



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Frid. Adolphi Lampe S. S. Theol. Doct. Ej. Et Hist. Eccl.
Professoris Ordinarii, Delineatio Theologiæ Activæ**

Lampe, Friedrich Adolph

Herbornæ Nassaviorvm, 1728

Dedicatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-28501



*SERENISSIMO
CELSISSIMOQUE*

P R I N C I P I

WILHELMO CA-
ROLO HENRICO
FRISONI

D E I G R A T I A

ARAUSIONENSIVM

ET NASSAVIÆ PRINCIPi

COMITI CATIMELIBOCO-
RUM, VIANDÆ, DIETZIÆ

) 2

ET

D E D I C A T I O
ET SPIEGELBERGÆ, LIN-
GÆ, MEURSÆ, BURÆ,
LEERDAMI: MARCHIONI
VERÆ ET VLISSINGÆ:
DOMINO ET BARONI
BREDÆ, BEILSTENII,
LIESVELDIÆ, GRAVÆ,
DIOECESEOS KUCKIANÆ,
DIESTÆ, GRIMBERGÆ,
HERISTALLI, CRANEN-
DONKI, VARNETONI,
ARLÆI, NOSEVOCI, ST.
VITI, DASBORCHI, PO-
LANI, WILHELMOSTADII,
NIVARTII, ISSELSTEINII,
STEEN-

DEDICATIO.

STEENBERGÆ, ST. MARTINODICI, MONTIS GERTRUDIS, SEVENBERGÆ, UT ET SUPERIORIS AC INFERIORIS SUALVÆ ET NAELTVICI, ANTVERPIÆ ET BISONII BURGGRAVIO: MARESCALLO HÆREDITARIO HOLLANDIÆ: DOMINO AMELANDIÆ, DUCATUS GELDRIÆ GUBERNATORI ET CAPITANEO GENERALI HÆREDITARIO, UT ET CIVITATIS GRO-

D E D I C A T I O .
N I N G A N Æ , A G R O R U M .
Q U E C I R C U M J A C E N -
T I U M A C D R E N T I Æ
G U B E R N A T O R I E T C A -
P I T A N E O G E N E R A L I .

S E R E N I S S I M E P R I N C E P S ,
C L E M E N T I S S I M E
D O M I N E .

 *U*od fulgentissimo Serenitatis tuæ Nomini pagellas hæc inscribere atque sacras esse voluerim , illius consilii non una mihi ratio sedet. Argumentum illarum insita eousque præpollet

DEDICATIO.

M. pollet majestate atque præstantia,
N. ut attentione Principis ad tantas
Æ fortunas nati atque in maximas Rei-
A. publicæ Christianæ universæ spes
maturescentis sit dignissimum. In-
vitabat præterea reluctantem ipsa
studiorum, quibus ætatis Tuæ flo-
rem ad stuporem omnium felicif-
sime impendis, series. Ignosce,
S, quæso, **CELISSIME PRIN-**
CEPS, quod missis, quas alii in
Te venerantur, dotibus, modesta
rarissimæ illius virtutis Tuæ, qua a
teneris inter Sapientiæ cœlestis cul-
tores Nomen Tuum profiteris,
commemoratione verecundiam tu-
am fatigem. Quemadmodum lau-
dibus Tuis non caperis, qui Tua
omnia, etiamsi Summa, non Tuo,
sed largientis in solidum Gratia di-

DEDICATIO.

vinæ liberrimum munus esse, per-
spectum habes; ita in me jure car-
peres, si blanditiis favorem tuum
demereri velle viderer. Interest
tamen optimorum studiorum; in-
terest juventutis, quæ in nostris
Academiis ad Ecclesiæ Statusque
Christiani emolumentum forma-
tur; interest posteritatis, ne igno-
retur, nostram ætatem protulisse
Principem, qui quantum alii vena-
tionibus, choreis, theatris, ludis,
cœterisque homine ad majora con-
dito, nedum Principe & Christia-
no, indignissimis temporis dispen-
diis, tantum scientiis, quæ ipsius fa-
stigio conveniunt, populosque re-
gendi artem edocent, pertractandis
segregavit. Interest Veritatis atque
Religionis, ne oblivione sepeliatur,
Gra-

DEDICATIO.

Gratiam divinam nostro seculo indulgere voluisse Principem, qui mature agnovit, illum demum Statum florentem beatumque fore, qui secundum præscriptum Legis divinæ, qui secundum tenorem Evangelii Jesu Christi administratur. Hæc sane salutaris persuasio Te induxit, ut cum reliquis studiis Academicis accuratam Theologiæ universæ tractationem conjungeres. Quin peritiam Tuam in illa eousque promovere voluisti, ut Tuo tam præclaro exemplo non solum aliis Magnatum Filiis, quibus uti reliquæ disciplinæ despectui, ita scientia Theologica maximo eheu! fastidio passim esse adsuevit, pudorem excutias, sed etiam in illis, qui ex professo huic omnium Doctrinarum Reginae se

)(5

ad-

D E D I C A T I O .

addixere , sanctam æmulationem
suscitare possis. Ita agens cum
THEOLOGIÆ DIDASCALI-
CÆ, quæ dicitur, curriculum in
alma Tua Frisiaca emensus esses ,
nihil mihi videbatur pertexendæ
huic studiorum Tuorum parti ac-
commodatius fore, quam si alteram
hanc THEOLOGIÆ partem, quæ
ACTIVA seu PRACTICA dici-
tur, in usum Auditorii mei dige-
stam, humillime non solum mani-
bus Tuis objicerem, sed Tuo quo-
que Nomini dicarem. Sic enim
meorum primo discipulorum, pro-
posito illis atque ob oculos jugiter
versante TE TAM ILLUSTRIS
PRÆCURSORE, me identidem
provocaturum diligentiam, atque
zelum fervidissimum incensurum
esse

DEDICATIO.

esse confidebam. Sic & Tibi, cur
dissimulem? OPTIME PRINCI-
PUM, in stadio hoc fastigio Tuo
nostraque & omnium bonorum de
Te exspectatione dignissimo tam
pulchre, tam expedite, citatis adeo
gressibus, decurrenti calcar me addi-
turum esse mihi pollicebar. Quin
sciagraphiam quandam exhibere,
secundum quam ad alterum hoc
Christianæ Theologiæ caput faci-
lior Tibi sterneretur transitus, con-
tendebam. Neque enim Te omnem
Doctrinæ salutaris ambitum mente
ac meditatione complectentem, au-
gustissimam ejus partem neglectu-
rum esse persuasus eram; siquidem
per hanc solam studii omnis in Sci-
entia hac Divina collocati meta at-
tingitur. Hujus profecto cognitio
ad

DEDICATIO.

ad Principes æque ac universum genus humanum spectat, cum sine sancto ejus amore atque exercitio nemo mortalium, quantacunque præ aliis dignitate polleat, pro Christiano aut vere Felice reputari, nullum Regimen florere, nulla populi prosperitas firmis radicibus hæere potest. Denique hæc spes me demulcet, si conatus illi mei, quibus nexu perpetuo practicas veritates Christianæ Theologiæ inter se devincire quæsi, PRINCIPALI tantæ expectationis, in cujus fulgorem magis magisque promicantem tot Status gubernaculo ejus subjecti, Fœderatum nostrum Belgium, quin universus orbis Christianus defixos gerit animos, non displicuerint; fore, ut in illis explicandis edisserendis-
que

DEDICATIO.

que major ab hinc diligentia impendatur. Atque illa quidem spes eo fortius me impellere debuit, quo acerbius sæpenumero mecum indolui, quotiescunque observavi, nobilissimum hoc Theologiæ Activæ studium in plerisque Academiis aut plane præteriri, aut summis tantum articulis, quasi in transitu, attingi. Ponderosissimum sane Fratrum Zelandorum in Synodi Dordracenæ Sessione XVIII. fuit monitum: *Denique cum hætenus in exami-*
nibus ante promotionem tantum doctrina habita fuit ratio, an nempe orthodoxi essent, quod fatemur esse primarium; deliberari tamen potest, annon etiam expediat examen practicum institui, in quo examinentur, an etiam tenaces sint
ser-

DEDICATIO.

*sermonis illius, qui est secundum pietatem & idonei ad tradendam Ethicam Christianam. . . Ad quam rem optandum esset, ut in Collegiis & Academiis adolescentum animi Theologia Practica imbuerentur, & de variis conscientiarum casibus instruerentur. Quam laudibilis hic fuit Virorum præclarorum zelus, tam deplorandus est saluberrimæ admonitionis neglectus, qui eousque invaluit, ut non desint accuratissimi Scripturæ Sacræ usque ad apices & minutias Interpretes, ac controversiarum atque dogmatum apprime gnari *Doctores*; veram in conscientiis dirigendis tractandisque nec non reliquis omnibus *Pastoralis* muneris functionibus eousque hospites, ut non solum*

tan-

DEDICATIO.

tanquam forices se ipsos illis, qui in viis Domini exercitati sunt, facillime prodant, sed etiam per jejunum de opere Spiritus sancti iudicium imperitiorum animas perturbent, quin ipsam veræ masculæque pietatis causam proculcent. Utinam ergo huic latius indies serpenti profani nostri seculi contagio mea hac opella, si non remedium, obex saltem aliquis opponi posset! Quapropter eo ardentius benignissimum Numen imploro, ut porro **TUAM SERENITATEM** in præsidium Ecclesiæ Scholæque Christianæ sub umbone gratiæ suæ conservet: ut præsentem præcipue exercitiorum Tuorum Academicorum cursum ad pietatis atque Iustitiæ firmum propugnaculum dirigat:

DEDICATIO.

rigat: utque illa cœlestis sapientia
pectus tuum impleat, quam Re-
gum Sapientissimus quibuscunque
aliis dotibus præferendam esse non
sine prævia Spiritus sancti illumina-
tione judicavit.

Vale diu, multumque SERE-
NISSIME PRINCEPS, ac fa-
vere perge

SERENITATIS TUÆ.

Ultrajecti Postr. Kal.
Junii MDCCLXXVII.

Obsequiosissimo Cultori

F R I D. A D. L A M P E.

INDEX